Drogecka Quietant. 1670 ante 18/1 Comparentes

personaliter coram Officio, et Actis psentibus Castrensibus Capitanealibus

Premysliensibus Generosi Sigismundus de Srennow Krzeczowski

et Helena de Poniatowskie Coniuges legitimi, ex quibus Consors cum

eiusdem mariti sui Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia et

ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus et Corporibus

existentes, a Terris, Debitibus, Iuribus, Iudicibus suis quibusvis

proprijs et competentibus recedendo, psenti vero Castrensi Capitaneali

Premysliensi Iudicio, quoad actum hunc attinet, se cum

successoribus, ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter ac plenarie in

corporando atque Subijciendo, palam, libere, publice, ac per ex-

pressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsi Generosam Alexandram de Ko-

pystno, olim Generosi Stanislai Drogecki Consortem derelictam Viduam, eiusque posteros, de Summa Trium Millium

florenorum polonicalium sibi Recognitoribus per eandem modo Simplicis

Debiti, sub danda Intromissione in Certam Sortem Summae

praefatae Correspondentem in Bonis Oppidi Msyrow existentibus

coram Actis Officij psentis inscriptam, et ad soluendum assecuratam

necnon de eadem ipsa Inscriptione Debitoria Castrensi Capitaneali

Premysliensi sua intercessione de promissis latam Quietant, emit-

tunt, dimittunt, liberamque et absolutam perpetuo pronuntiant

Inscriptionem eandemque Debitoriam Castrensem Capitanealem Premysliensem

in omnibus illiusque Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadijs,

ligamentis, ac nexibus quibuscunque in toto et per omnia cassant

mortificant et annihilant psentibus. Recognitores sibi Summae

eiusdem Trium Millium florenorum polonicalium plenariam et Sufficientem

praestitam esse persolutionem.

Krzeczowskie Coniuges

3072

Drooockiey Debent

Comparentes personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Sigismundus Krzeczowski de Krzeczow, et Helena de Poniatowice Coniuges legitimi, et quidem Consors, cum eiusdem mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali astantia et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Sani mentibus et corporibus existentes, a Terrestribus, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis exemptione et comperendinatione recedendo, praesenti vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac expresse recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi Generoso Alexandro de Kopystno olim Generosi Stanislai Drogocki, Consiliarii derelicto Viduo, eiusque posteris Summam Trium Millium et Quadringentorum florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando, Certi, veri iusti et liquidi Debiti mutuataque apud ipsam praesentes Recognoscentes pecuniae, tenentur atque debent. Quam quidem Summam Trium Millium et Quadringentorum florenorum polonicalium, ijdem Supra Recognoscentes Generosi Krzeczowskie Coniuges, se, suosque Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus, Summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, eidem suprascripto Generoso Alexandro de Kopystno Drogocki, eiusque posteris hinc et ab actu praesenti feria secunda post Dominicam Laetare Quadragesimalem, in Anno praesenti proxime et immediate Ventura primo, realiter et in effectu soluturos, et coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus repositurus et relicturus repositamque et relictam vero ab eodem officio non effidem extrahere nec arrestaturos, vel quouis alio modo solutionem Summae

eiusdem impedituros et impugnaturos inscribit et obligant praesentibus
sub Vadiis similis Summae Supra Trium Millium et Quadrin-
gentorum florenorum polonicalium, per eosdem Reos, sive eorum posteros
supra Generoso Drogochiey, vel eiusque Successoribus ob non Solutionem
Summae Supradictae tempore et loco superius expressis ad solvendum
Succumbendo, pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum succumbito,
ac pro aliqua parte ex praemissis non completa complendum, Summaque
ipsa principali non soluta solvenda, praefati Citantes nominati Reo-
rum, Generosi Krzeczowskie Coniuges, sive eorum Successores, ad in-
stantiam praefati Generosi Alexandri de Kopystno Drogochiey, vel
eius posterorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense,
extunc recessu supto, quo ad rem eundem spectat mente, semper in
primo litteris termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere,
respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne
iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores
ad eaque omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum
primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, factos ad
eundem Terminos semper peremptorios, brevi Infirmitate, gravitate
minoreunitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum,
Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictores, vel aliis quibusvis
dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quieta-
tionem Ultra processus Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Remis-
sionem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac
earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, factis Iuris, praeter sone
Terri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis vel de
fensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo
Hac vero parte personali Recognitione ad praemissa ocat mediante